# STS. ALEXANDER, EVENTIUS, THEODULUS, & JUVENAL, MARTYRS

Errors? help@extraordinaryform.org

St. Alexander, Pope, was martyred, A.D. 119, in the tenth year of his pontificate. With him suffered Sts. Eventius and Theodulus. St. Juvenal (A.D. 367), also commemorated on this day, was a holy bishop in Central Italy.

| | |
|---|---|
| **INTROIT Psalms 144: 10-11**<br>Sancti tui, Dómine, benedícent te: glóriam regni tui dicent, allelúja, allelúja. (Ps. 144: 1) Exaltábo te, Deus meus Rex: et benedícam nómini tuo in sæculum, et in sæculum sæculi. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Sancti tui, Dómine, benedícent te: glóriam regni tui dicent, allelúja, allelúja. | Let Thy Saints bless Thee, O Lord; they shall speak of the glory of Thy Kingdom, alleluia, alleluia. (Ps. 144: 1) I will extol thee, O God my King: and I will bless Thy name for ever: yea, for ever and ever. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let Thy Saints bless Thee, O Lord; they shall speak of the glory of Thy Kingdom, alleluia, alleluia. |
| **COLLECT**<br>Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus: ut, qui sanctórum tuórum Alexándri, Evéntii, Theodúli atque Juvenális natalítia cólimus; a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus, liberémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Grant, we beseech Thee, almighty God, that we who commemorate the anniversary of the death of Thy saints, Alexander, Eventius, Theodulus and Juvenal, may by their intercession be freed from all the evils that threaten us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **EPISTLE 1 Peter 1: 3-7**<br>Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis, in hereditátem incorruptíbilem, et incontaminátam, et immarcescíbilem, consevátam in cælis in vobis, qui in virtúte Dei custodímini per fidem in salute, parátam revelári in témpore novíssimo. In quo exsultábitis módicum nunc si opórtet contristári in váriis tentatiónibus: ut probátio vestræ fídei multo pretiósior auro (quod per ignem probátur) inveniátur in laudem, et glóriam, et honórem, in revelatióne Jesu Christi Dómini nostri. | Blessed be the God and Father of our Lord Jesus Christ, Who according to His great mercy hath regenerated us unto a lively hope, by the resurrection of Jesus Christ from the dead, unto an inheritance incorruptible, and undefiled, and that cannot fade, reserved in heaven for you, who, by the power of God, are kept by faith unto salvation, ready to be revealed in the last time. Wherein you shall greatly rejoice if now you must be for a little time made sorrowful in divers temptations: that the trial of your faith much more precious than gold (which is tried by the fire) may be found unto praise and glory and honor, at the appearing of Jesus Christ our Lord. |
| **GREATER ALLELUIA**<br>**Psalms 115: 15**<br>Allelúja , allelúja. Sancti tui, Dómine, florébunt sicut lílium: et sicut odor bálsami erunt ante te. Allelúia. Pretiósa in conspéctu Dómini, mors sanctórum ejus. Allelúja. | Alleluia, alleluia. Thy Saints shall flourish like the lily, O Lord, and be as the odor of balsam before Thee. Alleluia. Precious in the sight of the Lord is the death of His Saints. Alleluia. |
| **GOSPEL John 15: 5-11**<br>In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Ego sum vitis, vos pálmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, mittétur foras sicut palmes, et aréscet, et cólligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint: quodcúmque, voluéritis, petétis, et fiet vobis. In hoc clarificátus est Pater meus, ut fructum plúrimum afferátis, et efficiámini mei discípuli. Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Manéte in dilectióne mea. Si præcépta mea servavéritis, manébitis in dilectióne mea, sicut et ego Patris mei præcépta servávi, et máneo in ejus dilectióne. Hæc locútus sum vobis, ut gáudium meum in vobis sit, et gáudium vestrum impleátur. | At that time, Jesus said to His disciples: I am the vine, you the branches: he that abideth in Me, and I in him, the same beareth much fruit: for without Me you can do nothing. If any one abide not in Me, he shall be cast forth as a branch and shall wither, and they shall gather him up and cast him into the fire: and he burneth. If you abide in Me and My words abide in you, you shall ask whatever you will, and it shall be done unto you. In this is My Father glorified, that you bring forth very much fruit and become My disciples. As the Father hath loved Me, I also have loved you. Abide in My love. If you keep My commandments, you shall abide in My love: as I also have kept My Father's commandments, and do abide in His love. These things I have spoken to you, that My joy may be in you, and your joy may be filled. |
| **OFFERTORY Psalms 31: 11**<br>Lætámini in Dómino, et exsultáte, justi: et gloriámini omnes recti corde, allelúja, allelúja. | Be glad in the Lord, and rejoice, ye just: and glory, all ye right of heart, alleluia, alleluia. |
| **SECRET**<br>Super has hóstias, quǽsumus, Dómine, benedíctio copiósa descéndat: quæ et sanctificatiónem nobis cleménter operátur, et de Sanctórum nos solemnitáte lætíficet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Receive, O Lord, the prayers of Thy May a bountiful blessing, O Lord, descend upon these offerings and, through Thy mercy, may it help to make us holy and to be joyful on the feast of the saints. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **PREFACE OF EASTER SEASON**<br>Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes: | It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying: |
| **COMMUNION Psalms 32: 1**<br>Gaudéte, justi, in Dómino, allelúja: rectos decet collaudátio, allelúja. | Rejoice in the Lord, O ye just, alleluia: praise becometh the upright, alleluia. |
| **POSTCOMMUNION**<br>Reféctí participatióne múneris sacri, quǽsumus, Dómine, Deus noster: ut, cujus exséquimur cultum, intercedéntibus sanctis tuis Alexándro, Evéntio, Theodúlo et Juvenále, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | With our strength renewed from having shared in Thy sacred gifts, we beseech You, O Lord our God, that by the intercession of Thy saints Alexander, Eventius, Theodulus, and Juvenal we may feel the effect of the worship we are offering. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |